Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

xxxvi. p.

buit alteram preparare. Quid quod et mansuete respondit: et non solum alteram maxillam verum percussuro sed totum corpus figendum preparauit in ligno. Et hinc potius demonstrauit sua illa precepta paciencie non ostentacione corporis sed cordis preparacione facienda. Fieri enim potest ut alteram maxillam iratus homo prebeat uisibiliter. Quanto ergo melius et respondet uera placatus, et ad perferenda grauiora tranquillo animo sit paratus. Criso.

Quid ergo consequens erat nisi aut redarguere aut acceptare quod dictum est? Sed hoc non fit. Ea enim que fiebant non erant iudicium, sed sedicio et tyrannis. Non inuenientes autem quid plus facerent: mittunt eum ligatum ad cayphan. Unde sequitur: Et misit eum annas ligatum ad cayphan pontificem. Crisostomus.

Suspicantes hunc, efficaciorem esse, excogitare posse aliquid aduersum ihesum dignum morte. Aug. Ad annam autem sicut matheus dicit: ab inicio ducebatur: quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum. Alterius quippe intelligendi sunt solere annis agere pontificatum. Et credendum est secundum uoluntatem cayphe id esse factum, ut ihesus primum ad annam duceretur. Uel et domos eorum ita fuisse positas: ut non deberet annas a transeuntibus preteriri.

Beda. Quod autem dicit ligatum: non sic intelligendum quod tunc tantum fuit ligatus, sed tunc ligatus est cum est captus. Itaque ligatum ad cayphan misit sicut sibi fuerat presentatus. Sed fieri potuit ut ad horam solueret: quatenus discuteret: et post hoc discussus iterum ligaretur. Et sic ad cayphan mitteretur. Aug.

Erat autem symon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Num quid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit: Non sum. Dicit unus ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam: Nonne ego te uidi in orto cum illo?

Cum dixisset euangelista quod ihesum ligatum miserit annas ad cayphan: reuersus est ad locum narrationis ubi reliquerat petrum, ut explicaret quod in domo anne de tercia eius negacione contigerat. Unde dicitur: Erat autem symon petrus stans et calefaciens se. Hic recapitulat quod ante iam dixerat. Criso. Uehementi stupore detinebatur qui feruidus erat. Ut deducto ihesu de ceto non mouetur. Sed hoc fit ut dicas quanta nature est imbecillitas. Cum deus hominem dereliquerit. Et interrogatus rursus iterum negat. Unde sequitur: Dixerunt ergo ei: Num quid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit: Non sum. Aug. Hic loco iam conuincimus non autem iam ianuam: sed ad focum stantem secundo negasse petrum. Quod fieri non posset nisi iam in ianue dixisset postea quam foras exierat. Ut matheus dicit: Neque enim iam exierat et foris eum uidit alia ancilla. Sed cum exiret eum uidit. Id est cum surgeret et exiret: animaduertit eum. Et dixit his qui erant ibi. Id est qui simul erant ad ignem intus in atrio.

de secunda negacione.